

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1752

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](#)

Tab.
XXVII.IOANNA CAROLI V.
F I L I A.

CXII.

IOANNA CAROLI V. AVG *usti*
FIL. *ia* LVSITAN*iae* PRINC. *eps.*
Effigies IOANNÆ, capite vittato
& ad levam verso: inferne sub
brachio dextro nomen artificis
minoribus litteris adscribitur: I.
PAVL. *us* POG. *F. ecit.*

In aversa figura muliebris
stolata, & alte succincta, ca-
pite laureato, seu ipsa IOANNA
sub EUROPE, AGENORIS filia,
schematicæ, dextra fasciculum flo-
rum protendens, sin. cornu-
copiae tenens, bovi procumbenti
insidere parat, volitantibus su-
pra & circa eam tribus geniis
alatis, flores in eam affatim
spargentibus, & ferta quasi ne-
ctentibus, addita perigraphæ.
ΑΠΑΡΑΛΛΑΚΤΟΣ. id est: *immu-*
tabilis.

Nummus iste haud dubie
nuptialis est. Repetamus tan-
tum ex Poëtarum fabulis, IO-
VEM amore EUROPE, AGENO-
RIS *Phœnicie* Regis filia, ductum,
cum ad maris mediterranei lit-
tus eam aliquando cum sociis
deambulantem conspexisset, tau-
ri formam mox assumpsisse; cui
cum virgo insidere auderet, IUP-
PITER eam sine mora trans
mare Cretam abduxit. Quæ qui-
dem navigatio, quanta maris
tranquillitate, quo Nympharum
comitatu, quo Nercidum ap-
plausu facta fuerit LUCIANUS in
Deorum Dialogis festive iuxta
atque iucunde exponit.

Pari modo IOANNÆ in Lusi-
taniam abituræ, navigationem

TOM. II. P. I.

(a) Vid. THUANUS lib. XXI. p. 644.

amœnissimam faustissimamque, PROLES
qualis EUROPÆ fuerit, spon- CARO-
dent fortasse vel Sponsus IO- lu V.
ANNES, Lusitanorum Prin- ceps, vel sponsæ fratres, &
forores, amorem ipsi simul con- stantem & immutabilem ΑΠΑ-
ΡΑΛΛΑΚΤΟΝ pollicentes, sed &
ab ipsa similem stipulantes. M.
Imp. ar. pond. semiunc. 2. drach.

CXIII.

IOANNA AVSTR*iaca* CAROLI
V IMPERATORIS filia. Protome
IOANNÆ a fronte, cum pileo
cristato in capite, & collari,
monilibus exornato, ac depen-
dente ab humeris & collo tor-
que.

In postica figura muliebris
stolata, capite diademato sedens,
dextra spicas protendit. Sedili
acclinat clypeus & hasta, &
pro pedibus lepusculus, CERE-
RIS animaculum, cernitur. Ad-
ditur perigraphæ: CONNVBII
FRVCTVS.

IOANNA *Olyssipone* die 2. Ja-
nuarii 1554. SEBASTIANUM
posthumum fuit enixa; qui avo
in regnum successit (a). Hinc
elegans hoc numisma votivis
adnumerandum, ac eo tempore
percussum esse censco, quo il-
la puero gravida erat. M. Imp.
ar. fus. pond. 1. unc. 2. drach.

a

CXIV.

IOANNA CAROL. *i* V. CÆS. *a-*
ris F. *ilia* PORTVGAL. *iae* PRINC.
eps. Protome IOANNÆ adver-
sa fronte, cum stola; capite
vittato atque unionibus exor-
nato, absque aversa parte. M.
Imp. ar. pond. 3. unc.

P 2

MA-

PROLES
CARO-
LI V.

MARIA CAROLI V.

FILIA

MAXIMILIANI II. IMP. UXOR.
C XV.

MARIA AVG: *usta CARO: li v.*
f: ilia MAXIMIL: iani II. VXOR.
 Protome Imperatricis, capite corona radiata, implexis unionibus, suffulta, redimito, cum collaris & torque, ab eodem defluente.

Hunc nummum anno 1563. cūsum existimō, quo MARIA Posonii die IX. Sept. Regina Hungariæ coronata fuit, cum pridie eius dici MAXIMILIANUS II. eius coniux ibidem in Regem inaugurus fuisset. Videtur enim MARIAE caput singulari ea corona conspicuum esse, de qua a Illustr. ISTHUAUFIUS (a) hisce verbis memorat: *Sequenti die coronata est MARIA Regina, sic ut propria corona caput ornaretur: Ungarica vero vetus humero eius dextro imponeretur, tanquam in ferendo administrandi Regni onere, Regi marito auxiliatura.*

Cæterum unus est hic numerus, in quo MARIA titulo *uxoris* MAXIMILIANI II. gaudet, nulli vero, nisi in quibus cum ipso coniuge, quod in Parte II. videbimus, una sifstur, ubi aut *Imperatricis*, aut *Regine Hungariae* titulo salutetur; cum e contrario tam in hoc, quam subsequentibus nummis CAROLI V. *Imperatoris filia* constanter appelletur, quod & frater eius PHILIPPUS, & reliquæ sorores, ut de nothis nihil dicam, fecisse observantur. Tanti nempe

(a) Hist. Hung. Regn. p. m. 262.

(b) Tom. II. pratens.

Tib.
XXVII.

faciebant CAROLI V. liberi, se ab Imperatorum maximo genitos fuisse, ut amplissimis honorum titulis nonnunquam neglectis, satis haberent, eiusdem filios, filiasque nominari. *M. Imp. ar. pond. sesqui unc. M. Buol. & S. B. a. fus.*

C XVI.

MARIA AVSTR*iaca REGina*
BOEMiæ CAROLI: V IMPeratoris
Filia. Protome MARIAE fere ut num. præcedenti, caput tamen eius, loco corona, vitta, gemmis distincta, obtegitur.

In aversa figura muliebris stolata & laureata super varia arma incedens, dextra tædam, ac palmæ & lauri ramum protendit, fin. coronam affert, adiecto titulo: *CONSOCIATIO RERVM DOMINA.*

Duplicem huic typo significationem tribuit Cl. ZSCHACKWITZIUS (b): alteram, quod hoc symbolo ad coniunctionem MARIAE *infanti Hispaniæ*, cum MAXIMILIANO II. factam, respiciatur: alteram, quod MAXIMILIANUS coronam regni Bohemiæ adeptus, plures provincias Augustæ Genti coniungerit. At ego quidem isto numismate memoriam coronationis MARIAE in Reginam Bohemiæ, quæ anno 1562. XXI. Sept. peracta est (c), conservari autumno; ad quam dignitatem MARIA *confociatione*, seu matrimonio, quod cum MAXIMILIANO pridem inierat, quodque per tædam, quam mulier dextra sustinet, significatur, viam sibi factam fuisse innuit.

(c) SCHARDIUS Tom. III. p. 2183.

Tab.
XXVII.

innuit. Eadem mulier coronam ferens, vix aliud, quam coronationem Regiam spectat.

Denique super arma securere incedit, aut ea etiam pedibus calcat, ut omnem belli aut discordiae metum ab hac *confociatione* abesse adsignificet. Hinc etiam palmæ & olivæ ramos tenet, quæ sunt pacis, concordiaeque symbola.

Hic ipse porro typus invenitur in nummo quodam CAROLI, PHILIPPI II. Regis Hispaniæ filii, ut videre est apud VAN LOON (a), sed differt non-nihil icon mulieris, in postica nummi parte expressa: siquidem sinistra non coronam, uti in nostris typis, sed librum tenet. In numero vero MATHIÆ, Hungariæ & Bohemiæ Regis, Archiducis Austriæ, similis plane forma & modulo huic aversæ nostræ typus habetur, quem suo loco æri incidi curabimus.

Quod supereft, cum coronatio MARIÆ Bohemica anno 1562. & Hungarica anno insequenti evenerit, alter ex his nummis alteri postponi debuerat. Sed hæc confusio chalco-graphis, qui tam hic, quam sæpius etiam alibi, ac præsertim quoque in tabula insequenti, omnia turbarunt, adscribenda est. *M. Imp. a. cuf.*

CXVII. CXVIII.

Iudem nummi minoris moduli cum levi inscriptionum discri-mine, in iisdem Cæsareis gazis Vindobonensibus extantes. Prior, arg. fusus, semiunciam

(a) Hist. Metall. Tom. I. p. 120.

appendit, alter ex eodem me-tallo cusus duas drachmas.

PROLES
CARO-
LI V.

CXIX.

MARIA. AVSTR. iaca REG. ina BOEM. ia CAROLI. V. IMP. era-toris FIL. ia. Effigies MARIÆ, ut in nummis proxime antece-dentibus, ad lœvam tamen versa.

In aversa corona laurea, bac-cis oppleta, medium secante iride, quam corona aperta, & hanc octo stellæ contingunt; inferne geminas inter regum cor-ronas diadema Cæsareum, suc-cendentibus sex stellis in linea recta, adiecto lemmate: SOLA SPES MEA: spem nimirum in æternitatis gloriam unicè reponendam esse significans; id quod MARIA pro symbolo usurpavit. Perperam itaque LUCKIUS, num-mum hunc lugubrem, ob mor-tem MAXIMILIANI II. Imp. in comitiis Ratisbonensibus secu-tam, percussum fuisse afferit. Si nummus hic funebris aut exequialis esset, de obitu utique Cæsarlis aliquod signum præbe-ret, vel saltem viduam velato capite sisteret. Sed nihil eorum in typo reperire est. LUCK. p. 263.

CXX.

MARIA D: ei C: ratia REGINA BOEMIÆ CAR: oli V: IMP: erato-ris FILIA. Protome MARIÆ vitta obtecta, a qua velamen pendet, occiput tantummodo obtegens, & ad tergum deflu-ens: quod ipsum in sequenti nummo videre est, adeoque MARIAM in statu viduitatis re-

P 3 præ-

PROLES CAROLI V. præsentare videtur. *M. Imp.* p. quæ nomen notat monetarii, ^{Tab. XXVIII.} ut videtur. *M. BUOL.*

CXXI.

Nummus præcedenti similis, alterius tamen moduli, ex iisdem gazis eductus. *ar. pond. 1. unc. 2. drach.*

CXXII.

MARIA. AVSTR. iaca REG. ina BOEM. i.e. Caput MARIAE vittatum, ad pectus, cum collaris, ut in præcedentibus. In perigrapho omissus titulus, quem in præcedentibus typis legimus **CAR. V. IMP. FILIA.** Deest quoque velum, quod vidimus, a vitta pendens; seu dicamus, illud potius reductum, & ad vittam affixum esse. *Id. M. ar. pond. semiunc.*

CXXIII.

Nummus minimi moduli, idem MARIAE caput, ut in proxime antecedenti, exhibens. Perigraphen, singulis litteris, uno excepto nomine, quod ex integro scriptum est, expressam, sequenti modo legendam esse, ex præcedentibus nummis intelligitur:
MARIA. A. ustriaca R. egina B. o- hemia C. aroli V. I. mperatoris filia. *Id. e.*

MARGARITA AUSTRIACA CAROLI V. IMPERAT. FILIA.

CXXIV.

MARGARITA AVSTRIA. ca. ^{Tab. XXVIII.} Effigies MARGARITÆ nudo, sed cirrato capite; collum monili ornatum, & sub axilla littera

p. quæ nomen notat monetarii, ^{Tab. XXVIII.} ut videtur. *M. BUOL.*

CXXV.

MARGARITA DE AVSTRIA. Effigies MARGARITÆ elegan- tiori forma, & typo oblongo expressa. *T. H.*

CXXVI.

MARGARITA. AVSTR. iaca c. aroli V. IMP. eratoris FIL. ia ÆT. atis s. uæ AN. no XXXV. Ef- figies MARGARITÆ, ut num- præcedenti.

Princeps nostra iam tum anno Christi 1536. ALEXAN- DRO de Medicis matrimonio iuncta erat, ætatis annorum quatuordecim: illo statim 7. Ian. 1537. e vivis sublato, se- cundas iniit nuptias cum OCTAVIO FARNESIO, annum tunc a- gens decimum sextum. Cusus itaque fuit hic nummus bien- nio antequam a patre Belgio præficeretur, año nimurum 1557. quo XXXV. annorum erat; adeo- que nummus a chalcographo extra ordinem locatus. *M. BUOL. e.*

CXXVII.

MARGARITA DE AVSTRIA. Effigies Principis a præcedenti- bus typis nonnihil diversa: si- gnum crucis supra pectus vide- tur, & sub axilla Christi æra 1557. inscripta, de qua in su- periori annotatione egimus. *M. Imp. ar. pond. semiunc. 1. drach.*

CXXVIII.

OCTAVIVS. F. arnesius MAR. GARITA AVSTRIA ca. contractis litteris TA & AV, in MARGA- RITÆ nomine. Effigies ambo- rum